Venerandum tuum verum: et unicum Filium.

Sanctum quoque: Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, Christe.

Tu Patris: Sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.

Judex crederis: esse venturus.

Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac: cum sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine: et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos: et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum: et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine, die isto: sine peccato nos custodire.